



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Formularium Episcopale

Barbosa, Agostinho

Coloniae Agrippinae, 1680

Formula LX. Fidei examinis & approbationis in concursu, & electionis ad
Parochialem in mense Apostolico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10456

obtinendam, moribus, aetate, doctrina, & aliis rebus ad id opportunitatis magis idoneum judicavimus, & approbabimus. In quorum fidem praesentes manu nostra subscriptas & nostro sigillo obsignatas fieri jussimus, & ab aliis examinatoribus subseribi curavimus. Dat. Bracharæ Augustæ &c.

FORMULA LX.

Fidei examinis & approbationis in concursu, & electionis ad Parochiam locum in mense Apostolico.

I^{lli}llustrissimo & Reverendissimo Domino S.D.N. Datario, & qui-
buscunque praesentes litteras inspe-
cturis, lecturis, seu visuris significa-
mus, vacante nuper de mense N.
proxime præterito Parochiali Ecclesia,
Abbatia nuncupata, sub invocatione
sancti N. loci N. hujus Bracharen sis
Diœcesis per obitum N. fuisse per Cu-
riam nostram mediantibus edictali-
bus juxta formam & præscriptum S.
Concilii Tridentini, & constitutionis
felicis record. Pii Papæ V. vocatos
omnes de sic vacante Ecclesia provi-
deri volentes, quatenus intra terminum
decem dierum compararent in
eadem Curia ad faciendum describi,
& annotati nomina ipsorum, & cum
in eodem termino multi comparueris-
sent, tandem iisdem descriptis legitime
vocatis & citatis sub die 15. præ-
sentis mensis coram nobis riguroso
prævio examine per tres examinato-

res in Diœcesana synodo deputatos
factam fuisse experientiam de scientia
& sufficientia singulorum descripto-
rum, ac demum servatis de jure ser-
vandis per dictos tres examinatores
fuisse repertum, habitum, & existima-
tum idoneum vita moribus, aetate,
scientia, & aliis à jure requisitis ad ob-
tinendam à Sede Apost. dictam Paro-
chiale Ecclesiam N. Sacerdotem lo-
ci N. hujus Diœcesis, & tanquam
habilem & idoneum approbatum, &
successive à nobis post examen, & ap-
probationem prædictam, fuisse magis
idoneum reputatum & judicatum, &
ut tales pro obtinenda dicta Paro-
chiali Sedi Apostolicæ proponendum
& approbandum, prout proponimus,
& approbamus (*declaretur hic an alia
obtineat beneficia.*) In quorum siem
praesentes literas subscriptione & sigillo
nostris munitas fieri jussimus. Dat.
Bracharæ Augustæ &c.

*In beneficio de jure patronatus sit à
patrono presentatio intra tempus à jure
statutum, coram Episcopo de persona
in tali beneficio servatis servandis ab
eo instituenda. Episcopus vero genera-
liter in vacanti Ecclesia, & aliis locis
publicis edita publicè proponi jubet,
ut qui sint, qui se velint opponere, com-
pareant, assignato peremptorio termino
competente, ut jure probatur, in c. ult.
de elect. lib. 6. quod in presentatione
locum habere, nisi consuetudo sit in con-
trarium, tradunt. gloss. ibi verb. elec-
tionem. Pute decis. 297. lib. 1. & de-
cis. 433. lib. 2. in correctis. letter. de re
benef. lib. 2. q. 13. num. 30.*